

poralibus non subditos, poenis pecuniariis procedere possit, praeterim ex decreto Concilii Tridentini in cap. 3. *seff. 25. de reformat.*

15 In hac questione de jure communi maxima erat Doctorem dissentio, nam Episcopum non posse hujusmodi poenis animadvertere in laicos ubi alias in temporalibus non subditos pro delictis quae sunt de foro Ecclesiae scripserunt Host. & Joan. Andr. in cap. 1. *de homicid. lit. 6.* à quibus non videntur dissentire Doctores, qui tenent Judicem Ecclesiasticum in criminalibus sui fori non posse laicos carceribus mancipare & punire, inter quos recentior idem Joan. Andr. in addit. ad *Speculat. l. 4. part. 1. rub. de offic. Ordin. & de majorit. & obed. Oidrad. conf. 86.* qui licet sub obscure loquatur, recte tamen perpenus pro hac parte debet adduci Anchar. in *reg. lra qua quast. 11. n. 17.* Ubi questione diligenter examinata, sequitur opinionem Joan. Andr. Rom. *sig. 703. Bonif. de Vitalin. post Zenzel. in Clemen. 1. de offic. Ordin. in fin. Alchar. in cap. 1. n. 22. de offic. Ordin. Massuer. in prax. tit. de Judic. & coram Jurisd. n. 20. Soccin. conf. 19. num. 17. & seq. l. 4. Augustin. de Armin. in addit. ad Angel. in tract. de malef. super verb. Fama publica n. 88. Boer. qui testatur variis Parliamenti Parisiensis Arreltis ita esse declaratum *quast. 227. n. 11. Capella Tholof. quast. 378. incip. Item fuit quastum, Clar. in 6. fin. quast. 37. vers. Unum scio, Franc. Marc. quast. 449. n. 1. & Joan. Lupus in repetit. cap. Per vestras, in 2. notab. §. Sed est pulchra dubitatio, n. 18. de donat. inter. vir. & uxor. ubi**

17 prolata disputatione pro hac parte & ipse concludit. His addi possunt alii auctores qui existimant Delegatum Papae non posse mittere in possessionem bonorum laicalium, super quibus sententiam tulit, sed executionem hujusmodi obtinendam esse à Judice seculari: atque omnes alii qui scripserunt in causis inter laicos ad forum Ecclesiasticum spectantibus, Episcopum, tamen si ferre possit sententiam, non posse tamen mittere in possessionem bonorum laicalium, nam haec quoque opiniones istem nituntur rationibus quibus nititur hoc casu negativa opinio, ut Episcopus alius poenis quam censuris attingere vel cohibere non possit laicos delinquentes. Plurimi autem & graves sunt qui praedictas duas opiniones sequuntur, videlicet Innoc. in cap. *Significasti, prop. fin. de offic. Delegat. Host. ibidem, & Bald. Cardin. in Clement. 1. quast. 10. de offic. Deleg. Rebuff. in Comment. ad concordat. Franc. super rubr. De regia, ad Pralat. nominat. facien. super verb. Manibus nostris. Quapropter ex his autoritatibus simul junctis evidenter constare videtur negativam opinionem esse communem, cum de ea res habemus tam antiquos Doctores quam etiam recentiores & tam eos qui illam sequuntur, quam illos qui discrepant ab ea, videlicet Joan. Andr. in d. c. *Significasti, Clar. d. quast. 37. Joan. Lupus in loco supra citato. Michael Graf. lib. 2. com. opin. cap. 8. n. 4. Jacob. Beret. qui contrariae opinionis fundamenta copiose refellit, conf. 5. per tot.**

18 Non desunt tamen graves Doctores, qui contrariam sententiam amplectuntur, videlicet Abb. hic, numer. octau. ubi reprobat opinionem Joan. Andr. tenet Episcopum posse imponere poenam pecuniariam laico temporaliter sibi non subiecto, quia inquit, ex quo est casus in quo etiam iudex Ecclesiasticus vendicat sui jurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus praedictis non possit imponere poenam pecuniariam; & pro hac opinione inducit textum in c. *Statuimus 16. q. 1. & in c. Quisquis 17. q. 4.* licet pro faciliiori expeditione iudex Ecclesiasticus possit hoc committere iudici seculari; & ita secundum eum procedunt iura in c. *a. de malef. & in c. Postulasti de Judic.:* quae pro contraria sententia allegat Joannes Andreas; & sequitur totidem verbis Mar. Soc. hic in fin. & Felin. in c. *Infragabili, §. Caterum n. 5. supra de off. Ord. nec dissentit Joan. de Anan. in d. c. 2. col. 8. de malef. relatus à Felin. ubi supra, dum tenet poenam pecuniariam debere iudici seculari, etiam quando ipse punit laicum ad requisitionem Ecclesiastici, secus si ipse iudex Ecclesiasticus puniat, quibus scribi possunt etiam illi qui censent iudicem Ecclesiasticum in causis Ecclesiasticis posse contra laicos procedere etiam ad capturam & corporalem punitionem. Hi enim proculdubio sentiunt posse procedere etiam ad poenam pecuniariam, quia secundum Joan. Andr. & DD. in c. *un. supra de oblig. ad ratioc. magis est personam ditringere quam bona. Inter hos autem imprimis numerantur glossa unica in c. contra Idolorum 26. q. 5. Oidrad. conf. 86. Gem. & Frach. in c. cum Episcopus de off. Ord. lib. 6. Joan. de Anan. in c. *Qualiter & quando il secundo, §. Ad corrigendos, n. 10. de accusat. Foller. in prax. crim. Canon. part. 2. judic. super verb. Aut inquisitione formati num. 17. & alii plures quos retuli in c. Peruenit, numero 22. supra de adulter. ubi etiam à num. 10. de harum opinionum varietate late differui & n. 28. ubi egi de opinione Innocentii superius relata num. 2.***

Cum ergo utraque opinio graves habeat Auctores & pluribus etiam rationibus inniatur: quae recentior à Doctore in locis superioribus citatis, valde esset difficile tanta concertationi ex jure communi finem ponere. Ceterum inspecto jure novissimo Tridentini Concilii d. c. 3. *seff. 25.* ad quod principaliter restrictum est dubium: haec questio videtur ferè indubitabilis; & quod Patres Concilii secuti videntur opinionem affirmativam tanquam veriore. Quod ut magis appareat, perpendendum est Sacrum Concilium longe diversam habuisse rationem, quam ea quae à Sacris Canonibus & Doctore ante ipsum Concilium considerabatur.

Nam ipsi eo spectabant, ut Episcopus pro executione suae sententiae & pro sua jurisdictione uteretur censura Ecclesiastica, c. *Dilecto de sent. excom. in 6.* & censura non proficiente in defectum & subsidium brachium saeculare imploraret, iuxta not. in c. 1. *de off. Ord. & animadvertentur plerique ex DD. supra citatis, & in specie Franc. Marc. d. dec. 449. n. 2. & 3.* at Sacrum Concilium ne contingeret censuras frequenter fulminatas magis contemni quam formidari ordine inverso, ubi prius oportebat uti censuris; & in subsidium alia adhibere remedia, voluit prius experienda esse alia remedia, & in subsidium deveniendum ad censuras. Ac propterea sive approbando opinionem eorum qui existimant Episcopum posse has poenas adhibere etiam quoad laicos, sive novum jus statuendo mandavit iudicibus Ecclesiasticis, ut in causis judicialibus quodcumque executio realis vel personalis propria auctoritate fieri poterit, abstineant à censuris, sed liceat eis in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per multas pecuniarias seu pignorum captionem & personarum distractionem per suos proprios vel alienos executores faciendam; alique juris remedia procedere; & si executio realis vel personalis hac ratione fieri non poterit, eos demum excommunicatione propter alias poenas ferre. Idem postea constituit ipsum Concilium in causis criminalibus, ex quo Concilii textu ad dubii nostri decisionem plura notanda sunt.

Primum est, Concilium aperte vel improbare vel corrigere opinionem Host. Joan. Andr. Bald. & aliorum quae habetur in d. c. *Significasti de off. deleg. tenentium in causa restitutionis dotis quae pertinet ad forum Ecclesiae, non posse iudicem Ecclesiasticum qui sententiam tulit, eam exequi in bonis laicalibus, sed debere requirere brachium saeculare, nam Concilium quod proculdubio etiam hanc causam complectitur in illis verbis. In causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, aperte tribuit Episcopo potestatem procedendi ad executionem tam realem quam personalem per suos vel alienos executores.*

Ideoque cum aliis dubitatum fuerit, an Episcopi suas sententias in quibuscumque causis criminalibus & civilibus quarum cognitio ad eosdem noscitur pertinere, exequi possint, an verò ad illos tantum spectet cognoscere & iudicare de causis illis, executio verò pertineat circa Clericos ad Ministros Ecclesiasticos, circa laicos verò ad saeculares Sacra Congregatio censuit in causis quibuscumque tam civilibus quam criminalibus in quibus laici forum Ecclesiae sortiuntur, non solum cognitionem, verum etiam executionem ad iudicem Ecclesiasticum pertinere.

Quomobrem correctà illà opinione quae eandem habebat rationes quas habet haec de qua agimus & quae à DD. promiscue pertractatur, adeò ut Auctores illius opinionis etiam in loco dubio allegentur, tanquam unus & idem sit articulus: consequens est ut etiam in casu nostro Concilium voluerit licere Episcopo poenas pecuniarias atque alias laici iudicis in delictis ad suum forum pertinentibus.

Secundo, hoc idem confirmat ratio Concilii, cum enim velit censuris parcere utendum & in subsidium ad eas deveniendum, necesse erat Episcopis auctoritatem tribuere alia adhibendi remedia: alioquin implicaret contradictionem, ut censuris contra laicos uteretur in subsidium, utique aliis poenis eos coercere non posset, quia tunc cum sole censuræ suppeterent Episcopo, frustra juberetur eas ad extremum referre.

Tertio, quia huic interpretationi congruent alia verba Concilii, quasi cum misterio posita ad hanc difficultatem tollendam, nam quoad Ecclesiasticos non erat dubium quin possent Episcopus aliis poenis procedere quam censuras; cum idem Concilium difficultati occurrens exprimit laicos & illa dictione etiam implicativa, quia in laicis erat opinionum diversitas. Praeterea Concilium addidit ea verba *per suos proprios aut alios executores*, ut insinuaret invocationem brachii saecularis, non esse hoc casu necessariam, nisi Episcopus ad eam confugere vellet; & post alias poenas adhibere verba illa: *anathematis mactone*, ut nulli dubium esse posset, ad solum anathema restrictam esse in laicos Episcopi potestatem. Quae omnia est dicta sint quoad casus civiles, repetita tamen censentur etiam quoad criminales: est illis verbis ubi executio realis vel personalis, ut supra.

Haec omnia maxime confirmantur ex actis ipsius Concilii,

quae in arce S. Angeli afferantur, ubi enim habetur Decretum d. c. 3. conditum fuisse instantibus praecipue Regis Catholici Oratoribus qui Regis nomine conquirebantur, Episcopos facies esse ad censuras laicos infligendas; postulabantque ut aliis poenis Episcopi antea experirentur, num iustitiae satisfacere possent, nec nisi in subsidium censuras fulminerent. Quomobrem si Concilium hanc viam pernam temporalem

Episcopi non aperuisset nec censuras ad extremum referuisset nec iura Regis petitioni satisfecisset; Et in hac sententiam saepius Sacra Congregatio Concilii Episcopis Regni Lusitaniae querentibus, respondit adeò ut quamvis res tunc examinata non fuerit, pro clara tamen habita sit ab omnibus; & nunc minime ab ea sit recedendum.

# DE POENIS

Innocentius III. London. Episcopo.

## CAPUT VI.

**T**uae discretionis prudentiam; & infra. Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter Clerici in latrocinii, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debeant: respondemus, quòd à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis Monasteriis, ad poenitentiam peragendam.

**T**uae. Clericus in magno crimine deprehensus, depositus in Monasterium detraditur. Hoc dicit secundum Joannem Andream & alios communiter. Et secunda pars hinc ref-

pondemus. Pro intelligentia hujus tertii vide quod scripsi in c. *Cum non ab homine n. 100. de judic.*

# DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS

Alexander Papa.

## CAPUT I.

**M**anifesta peccata non sunt occulta correctione purganda.

### SUMMARIUM.

- 1 Poenitentia publica pro manifesto peccato imponi debet & n. 15. & 17.
- 2 Poenitentia alia solennis, alia publica, alia privata.
- 3 Poenitentia solennis qua fit.
- 4 In usum revocatur à Concilio Mediolanensi II. libid.
- 5 Poenitentium quinque ordines.
- 6 Poenitentia solennis imponitur ab Episcopo tantum vel à Sacerdote de illius mandato.
- 7 Et pro peccato gravissimo totam Civitatem commovente.
- 8 Non iteratur, nisi alius habeat consuetudo.
- 9 Poenitentia solenniter sunt infames non ratione poenitentiae, sed ratione criminis publici.
- 10 Non promovuntur ad Ordines nec in susceptis ministrant.
- 11 Episcopus tamen cum eis dispensat ad Minores, sed non ad Sacros.
- 12 Poenitentia publica qua fit.
- 13 Et pro quibus delictis fit injungenda, n. 12. vers. de jure tamen.
- 14 Poenitentia quae imponatur laico qui Presbiterum interfecit.
- 15 Poenitentiam publicam qui possunt imponere & num. 18. 19.

- 16 Poenitentia solennis non est injungenda Clerico, nisi depositus; & quid de poenitentia publicata.
- 17 Poenitentia publicata injungitur pro manifesto peccato.
- 18 Peccatum eadem qualitate purgatur quòd originatur. Qualitas eadem adesse debet in causa extinctiva qua adesse in causa productiva. libid.
- 19 Peccantes publice palam sunt corrigendi & n. seqq.
- 20 Tridentinum Concilium & Canones jubentes pro manifesto peccato publicam injungi poenitentiam, an habeat locum in foro Sacramentali & n. seqq.
- 21 Poenitentiarum Episcoporum & Sacerdotum, an possint ac debeant publice & scandalose peccantis imponere publicas poenitentias. libid. & n. seqq.
- 22 Poenitentiam publicam ex Concilio Tridentino potest Episcopus commutare in aliam secretam.
- 23 Praelati Regulares ex Concilio Tridentino non possunt suis subditis pro manifestis peccatis imponere poenitentiam publicam, sed debent eos corrigere intra septa Monasterii.





Manifesta. Breve est, communiter non summat, sed per alia verba sic summat potest, secundum Abb. & Marian. Socin. Pro manifesto peccato penitentia publica imponi debet. Hoc dicit.

Ad intelligentiam premittit triplicem esse penitentiam, videlicet, solemnem, publicam & privatam, de quibus per Raymundum in summa de penitentia & remissione & per Hothen. in summa eodem tit. §. Utrum, vers. His prelatibus, & Marian. Socin. hic num. 4. & omnia penitentia privata, que pro peccatis secretis injungitur à Saacerdote in actu sacramentalis confessionis, ut §. His autoritatibus, vers. Secreta: namque post cap. Quis aliquando de penitent. dist. 1. & de qua hic non est sermo. Penitentia solemnis strictè & proprie licet illa que prescribitur à Concilio Agathensi relato in cap. 50. dist. secundum Host. hic supra Joannem Andream, hic in fin. & Marian. Socin. num. 5. Henrich. Boich. in cap. Quasitum, num. 4. infra eodem, & fit hoc modo: (In capite Quadragesime tales penitentes presentant se cum presbiteris suis Episcopo civitatis ante fores Ecclesie sacro indui, nudis pedibus, vultibus dimissis, coma deposita & eis in Ecclesiam introductis, Episcopus cum omni Clero septem Psalmos Penitentiales dicit & postmodum eis manus imponit, aquam benedictam spargit & cinerem capitis imponit, cilicio colla eorum operit & denuntiat eis lacrimabiler quod sicut Adam eiechus est à Paradiso, ita ipsi de Ecclesia ejiciuntur; & jubet Ministris, ut eos ab Ecclesia pellant, Clero eos prosequente cum hoc responsario, In sudore vultus tui &c. In Cena autem Domini quolibet anno à suis Presbiteris in Ecclesia reducantur, & erunt hic usque ad octavas Pasche ita tamen quod non communicabunt, nec pacem accipient; & sic fiat quolibet anno, quousque aditus Ecclesie est eis interdictus.) Hæc hic, & referunt à D. Thom. in 4. sent. dist. 14. quest. 1. artic. 5. quest. 3. & in usum revocari jubetur à Concilio provinciali Mediolanen. III. in tit. de eis que ad tenit. sacram. pertinent. tom. 4. Conc. part. 2. pag. 418. col. 1. littera F. his verbis. (Studeat Episcopus ad sacrorum Canonum & Tridentini Concilii præscriptum pro publicorum delictorum gravitatis ratione & publicam & solemnem penitentiam in usum revocare, quos verò ite solemner penitere oportet, mente ante quadragesimæ initium ad se per Parochos deferri curet, ut primum in eunte quadragesima illi penitentia affici; & tum die Cenæ Domini Ecclesie reconciliari possint statò solemni ritu.

Penitentium autem erant quinque ordines. Primus abjectissimus eorum qui non ingrediebantur Ecclesiam, sed tantum veniebant ad fores & illic proclamabant ad Christianos qui intra Ecclesiam erant, ut pro se orarent. Qui locus propter à Grecis vocatus est Iteus.

Secundus eorum qui ad Ecclesiam admittebantur, non ad aliam rem, nisi ut audiret concionem, quam etiam audire solebant competentes & audientes; postea ejiciebantur post competentes & audientes. Hic locus à Grecis vocatus est Auditorium.

Tertius eorum qui admittebantur non modo ad concionem, sed etiam ad orationem publicam, que fiebat extra sacrificium, nam ad sacrificium & preces illius non admittebantur. Locus, in quo hi consistebant, dicebatur Subjectio, seu Substratio.

Quartus eorum qui admittebantur etiam ad preces Sacrificali, sed non poterant communicare; propter eorum locum vocabatur Congregatio, quia manebant cum tota Congregatione Christianorum.

Quintus eorum qui jam expleverant omnem suam penitentiam, quique non expectabant nisi reconciliationem, ut accederent ad communionem; quapropter eorum locus in Ecclesia designatus dicitur est Expletio. ) Hæc scripsit Gregorius Neocæsariensis in Epistola Canonica cap. 11. que conjuncta est Canonibus Photii & de quibus omnibus Patricius de penit. De habitu verò illorum habetur in d. c. Quadragesima, 50. dist. & apud eosdem Autores & alios veteres Scriptores, ex quibus apparet, quantum ab illa Ecclesiastica politia nunc distamus.

Porrò hanc solemnem penitentiam solus Episcopus imponit vel Sacerdos de illius mandato, ut notat Hostiens. in summa eod. tit. §. Utrum, & Marian. Socin. hic n. 6. dicens hanc esse communem opinionem. Idque non nisi pro peccato gravissimo, horrendo, ut pro homicidio, cap. Placuit, 50. dist. & pro sacrilegio, incestu & similibus, dummodo tamen peccata sint publica, ita ut totam civitatem, castrum vel villam commoveant, cap. fin. 16. q. 6. ut per D. Thom. loco citato, Host. hic supra, Marian. Socin. hic d. num. 6. vers. 4. Quarto & Abb. in c. Quasitum, in 1. notab. infra eodem; nec imponitur nisi semel quia solemnis hæc penitentia non iteratur, nisi aliud habeat consuetudo, cap. Reperiantur, de penit. dist. 3. & docet S. Thom. in 3. part. quest. 84. art. 10. ad 2. & in 4. sentent. dist. 14. quest. 1. art. 5. quest. 2. in corp. reddens triplicem rationem, primam ne ex iteratione vilitat, secundam propter significationem, quia figura est de pollutionis hominis de Paradiso, d. cap. In capite 50. dist. que depulso semel facta fuit; tertiam, quia hujusmodi solemnitatio est quasi quoddam professio perpetuo conservandi ipsam penitentiam. Effectus autem hujus solemnis penitentia est, quia tales penitentes sunt infames non ratione penitentia, sed ratione criminis per rationem penitentia publicam, cap. Infames, §. Porò 3. quest. 7. & not. Host. in cap. 2. n. 7. vers. Sed nunquid tales penitentes sunt infames, supra de offic. Archiepiscopi. Marian. Socin. hic n. 7. & Silvest. in verb. Penitentia, num. 3. facit text. in l. Iteus sustinuit, ff. de iis, qui notant. infam. Et ideo tales non promoventur ad Ordines, nec in suscipiis ministrant, cap. Illud, 50. dist. Potest tamen Episcopus dispensare ad minores, sed non ad sacros, c. Placuit 50. dist.

Penitentia publica est illa que publicè imponitur, & ideo omnis solemnis penitentia potest dici publica, quia publicè imponitur, ut in d. c. In capite, 50. dist. & docet S. Thom. in 4. sentent. dist. 14. quest. 1. art. 5. quest. 3. in corp. Sed propriè publica penitentia ad differentiationem solemnis dicitur illa que fit in facie Ecclesie, non tamen cum præsit solemnitatis, veluti cum injungitur peregrinato per mundum cum pera & baculo benedictis D. Thom. ubi supra, Host. d. §. Utrum, vers. Publica verò penitentia, Marian. Socin. hic num. 9. Tali quoque est penitentia, quam sacra Penitentia imponit laico, qui Presbiterum interfecit videlicet: Ceterum si delictum sit publicum vel detegatur eidem Oratori mandanti sub debito præstiti juramento, ut cum primatum tuo poterit per quinque Ecclesia illius loci, ubi tantum facinus perpetravit (si tibi ibi fuerint) nudus, discalceatus, femoralibus dantaxat tentis, virgam in manibus & corrigam circa collum deferendo incidat, suam publicè fatendo reatum & ante fores dictarum Ecclesiarum à Presbiteris eundem psalmum penitentialem canentibus se faciat verberari, dum major hic ad Divina convenit populi multitudo, que penitentia ferè desumpta est ex cap. Felicitas, §. Cum autem de penis, lib. 6. & facit Clem. Si quis suadente, eod. tit. De jure tamen si delictum sit publicum & scandalosum, tum imponitur penitentia solemnis, ut dictum est supra n. 6. si verò sit publicum, sed non scandalosum, tum imponitur penitentia publica, sed non solemnis, ut cap. Si quis Presbiter, de purgat. canonica, & declarat Abb. in c. Quasitum in 1. notab. infra eodem, de quo tamen dic ut hic adnotavi.

Porrò penitentiam publicam imponit non modo Episcopus sed etiam quilibet Sacerdos & multo fortius Generales Penitentiarum Episcoporum, cum non reperitur prohibitorium argum. c. 2. supra de offic. Archiepiscopi. nisi aliud habeat contraria consuetudo, argum. cap. De trina, 4. dist. & c. Super eo, de cognat. spiritus, secundum Host. in summa de penit. & remiss. d. §. Utrum in fine, vers. Publica verò penitentia, Marian. Socin. hic num. 9. vers. Et hanc potest injungere, & latius dicam infra num. 19. Sed tamen Clerico nedum solemnis, sed nec publica hæc penitentia est injungenda nisi deposito, ut cap. Confirmandum & cap. Alienum, 50. dist. cap. ult. 26. quest. 6. & tenet Laurentius, Raymundus & Bernardus hic in gloss. unica Innoc. in verb. Occulta Host. num. 2. & Butr. num. 4. in fin. sed quia in hoc articulo sunt opiniones diversæ, tu vide que latius dicam in d. cap. Quasitum infra eodem.

Hic præhabitis nota ex textu quod dictum est supra in summatio videlicet, Pro manifesto peccato penitentiam publicam esse injungendam, ad idem cap. Si peccaverit, 2. quest. 1. & c. Ego Berengarius in fin. de consecrat. dist. 2. & manifestum hic accipitur pro notorio, secundum Host. in princ. vel secundum Joan. Andr. itidem in princ. potest sumi pro notorio vel pro publico non notorio, de quo dic ut scripsi in cap. Vestra num. 54. & seqq. de cohabit. Cler. & mulier. & sic eadem qualitate peccatum purgatur quò originatur; & eadem qualitas adesse debet in causa extinctiva que adest in causa productiva, ut hic 16 per Butr. in 1. notab. facit, cap. Omnis res, cum hic notatis 17 infra de reg. juris & cum textu nostro concordat Concilium Tridentinum cap. 8. sess. 24. de reform. ubi sic legitur; Apostolus monet publicè peccantes palam esse corrigendos; quando igitur ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alius scandalo offensos commotusque fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpa penitentiam publicè injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, sua emendationis testimonio ad rectam revocet vitam.

Sed hic insurgit dubitatio, numquid textus noster, & 18 decretum Concilii d. c. 8. sess. 24. vendicent sibi locum id foro sacramentali, ita ut possint, ac debent Sacerdotes, & maxime Penitentiarum Episcoporum publicè & scandalosè peccantibus imponere publicas penitentias, Navarrus in c. 1. §. Sacerdos, num. 87. & seqq. de penit. dist. 1. & in

Manual. cap. 8. num. 10. tenet hos canones habere locum in foro misto exteriori dantaxat qui etiam dicitur forus conscientia vel quasi penitentialis, seu medius; secundum Preposit. in c. Præterit il secundum n. 5. de sponsal. non autem in foro sacramentali seu penitentiali: tum quia non loquuntur de Confessoribus, sed utuntur verbis imperforabilibus; tum quia noluerunt statueri, ut Confessores hoc faciant eo modo, quo percipi possit tales penitentias ab eis fuisse impostas; hoc enim esset rumpere indirectè sigillum Confessionis; tum quia Concilium tribuit potestatem Episcopo mutandi penitentiam publicam, de qua loquitur in aliam secretam, tum denique, quia à jure antiquo non est recedendum quando jus novum ad id nos non compellit; unde concludit Navarr. Confessorem non debere palam facere indirectè penitentem et confessum fuisse aliquid peccatum publicum scandalosum, imponendo ei penitentiam publicam sic, ut creditur ab ipso imposta, licet fateatur eam possit sic imponere, tur creditur penitentem ex se ipso illam facere ad iudicationem eorum, quos scandalizavit & eam non esse in usu quoad forum penitentiale attestantur Domin. Soto in 4. dist. 19. quest. 2. art. 5. & Gregorius de Valentia tom. 4. dist. 7. quest. 3. ad fin. & de controversiis fidei in tit. de satisfactione, c. 4. in fin. Addit etiam Joan. Major. in 4. dist. 14. quest. 2. col. ult. eas parum conducere & ratas fuisse in debus suis; & non esse à Sacerdotibus imponendis, ubi est consuetudo contraria, tamen ferè omnes mos allegandi.

Contrarium tamen, videlicet pro peccato publico & scandaloso posse quilibet Confessorem imponere penitentiam publicam, nisi ejus Ecclesie consuetudo aliud habeat, quia nullibi reperitur prohibitorium, nec inde sequitur manifestatio confessionis, tenentur Gloss. in summa de Penit. & remiss. num. 5. Host. in summa eod. tit. sub num. 55. & His præhabitis, ad fin. vers. Publica verò, Speculat. in Repertorio in tit. Aureum Confessorium, §. Sequitur videre in princ. Henrich. Boich. in c. Quasitum, n. 4. infra eod. Turrecem. in c. Possit & aliter, n. 4. & in c. Penitentes, n. 3. dist. 50. Prepos. in c. Quamvis, eadem dist. n. 2. Brixien. in reperi. in verb. Penitentia, vers. An quando imponitur & vers. Ex quibus causis, & vers. An Sacerdos & ex Theologia Alexand. de Alex. in summa parte 4. qu. 14. memb. 6. art. 1. S. Thom. in 4. dist. 14. art. 5. qu. 3. Petr. de Palud. quest. 6. conclus. 11. in fine Duran. quest. 4. Sot. in 4. dist. 19. quest. 2. Pisanella in verb. Penitentia, §. Rolella in verb. Confessor. num. 1. vers. Et pro declaratione, Angel. in verb. Penitentia, num. 2. Silvest. eodem verb. qu. 1. Armilla, itidem in verb. Penitentia, n. 2. Tabien. in eodem verb. qu. 6. Merdin. de Penit. tract. 2. quest. 40. §. Aliud est penitentia publica, Alphonsus Vivald. in candelabro, tit. de Sacram. Penitent. lib. 1. n. 1.

1. Card. Bellarmin. de controvers. fidei, controvers. 2. Generali, cap. 21. & novissimè Suarez lib. 4. qui est de penitentia dist. 33. sect. 6. qu. 3. Id autem maxime posse penitentiarum Episcoporum, tenentur Host. & Marian. Socin. ut disti supra, num. 13. Henrich. Boich. Aiten. Vivald. in locis supra citatis, arg. cap. 2. Sa de offic. Archiepiscopi, quos etiam de consuetudine absente Episcopo imponere penitentias solemnes dixerant Petr. de Palud. ubi supra, & Turrecem. in cap. Penitentes n. 2. 56. dist.

Nec videtur obitare, quod dicebatur de contraria consuetudine; tum quia possit fortasse procedere quoad simplices Confessores, argum. cap. De trina 4. dist. & cap. Super eo, de cognat. spiritus. Sed non quoad principales Penitentiarum Episcoporum presertim, quia peccata graviora, pro quibus solis imponitur penitentia publica secundum opinionem Host. & Henrich. Boich. locis citatis, solent per Episcopos reservari & suis Penitentiarum concedi. Item consuetudo, si que olim adeo in contrarium, videtur sublatà à Concilio Tridentino, antiquos Canones innovante; quod fieri optaverat Petr. Sotus in instit. Sacerd. tit. de reuel. privat. vers. Quod attinet, fol. 428. & post Concilium ac in ejus executionem hujusmodi publicas penitentias in usum revocari mandant Concilia provincialia Mediolan. tertium in tit. de iis, que ad Penitent. sacramental. pertinent, §. Sacerdos Episcopus, cuius verba retulimus supra n. 3. & 4. eod. tit. §. Quod in Concilio, & apertius primum in tit. Quas penitent. ad Sacram. penitent. administr. cuius hæc sunt verba: Idem, ( scilicet Confessores ) quemadmodum à Sacra Tridentina Synodo iussum est publicè peccantibus, publicam penitentiam imponant, neque illud publicè penitentia genus, nisi data ab Episcopo facultate, secretam alia pena commutare audeant, tom. 4. Concil. part. 4. pag. 467. col. 2. littera D.

Porrò in Sacra Congregatione Concilii proposito dubio, an ex decreto, d. cap. 8. sess. 24. Penitentiarum Episcoporum possint ac debeant publicè peccantibus publicas penitentias injungere: Die 22. Martii 1614. tametsi plerique ex Patribus vili fuerint sentire de jure communi hæsitandum non esse quin possint ac debeant Sacerdotes & maxime Penitentiarum Episcoporum publicè peccantibus imponere publicas penitentias, valde tamen fuerunt accipies, num id caveatur Concilii Decreto d. cap. 8. Ideoque rutiùs existimantur abstinere à declaratione, ut Confessorum & Penitentium quieti magis consultum sit.

Uterius queritur numquid liceat Superioribus Regularibus publicè peccantibus publicam penitentiam pro modo culpe injungere ex Concilio d. cap. 8. sess. 24. non obstantibus Constitutionibus Ordinis, secundum quas intra septa Monasterii quicumque delinquentes puniri debent. Die 18. Julii 1685. Sacra Congregatio Concilii censuit dictum decretum in principio non pertinere ad Regulares presertim obstantibus Constitutionibus Ordinis.

274 trumentum registrare; & ita intrat statum 31. in tit. de recept. frat. quo percipitur, ut professi extra conventum describantur in matricula, alioquin pro fratribus non habeantur nec privilegia fruuntur. Quod etiam est iuri communi consonum, ut l. ex eo tempore, ff. de milit. testam. hic: Qui nondum in numeris sunt, licet etiam electi rationes sint & publicis expensis iter faciant, nondum tamen militis sunt, & notat Alexand. plurimos cumulant in l. Centurio, num. 23. ff. de vulg. ubi ait militem non matriculatum censeri tanquam privatum seu paganus.

Sanchez. super Decalog. lib. 6. cap. 3. num. 14. & 18. Ideoque in Bulla declaratoria Constitutionis Sixti Quinti contra illegitimos quo incipit, ad Romanum §. 13. in 2. declarat. in Bullar. tom. 2. pag. 604. sic legitur: Sed eam eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, que militat in expressis, statim quod in quibusvis Ordinibus & Religionibus neque etiam tacita professio quorumcumque Religiosorum induci possit, nec inducitur intelligatur, nisi in receptione Constitutionis forma servata fuerit. Et eadem ratione decreta Clementis VIII. que irritant professionem emissam in Conventu non designato ad recipiendos Novitios, impediunt etiam professionem tacitam, ut fuit probati in cap. Perlatum, num. 23. & seq. supra de his que vi, metuve causa, ubi etiam posui alia exempla his similia. Et eo magis, quia hoc solemnitas cinguli inducitur est ex statuti ordinis à Sede Apostolica confirmatis, super quibus solum Generale Capitulum potest dispensare, ut expressit legitur in Bulla Pauli V. confirmatoria ordinationum ipsius Religionis.

Quibus accedit quod hoc casu videtur deesse consensus tum Religionis, qui secundum omnes necessarios legitur ad inducendam tacitam professionem, Cardinal. in cap. porrectum in final. de regularibus Abbas. in cap. Vidua, n. 5. eodem tit. Silveit. in verb. Religio, 3. quasi. 19. in princ. Tabien. in verb. Novitius, qu. 5. num. 6. Navar. comm. 4. de regul. n. 73. & 74. cum religio integro sexennio noluerit dictum Equitem uti profectum agnoscere, nec in albo professorum describere; tum etiam ipsius Equitis qui tanquam miles presumitur ignorare dispositionem juris inducentis tacitam professionem ex susceptione habitus & actibus professorum; & hac tacita presumpcio sufficit ad excludendam tacitam professionem, ut novissime firmavit Rota in Ulixibon. Professio 10. Decembr. 1646. vers. Nulla ad se ratificatio in fine, coram Arguelles his verbis: (Ex gestatione habitus & actibus solis professis convenientibus non inducitur professio, nisi sciat per hoc tacitam professionem facere, quia miles in ignorantia juris comparatur mulieri.)

De Poenit. & Remiss. c. Qui Presbiterum: 275

monia. Et in questu conformatus sono spato instrutto della bona mem. del Sig. Paolo Alalona mio Zio, che fu Maestro della Ceremonie nei Pontificati di Clemente VIII. Leone XI. Paolo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. e così ho doppo gratificato mio volute, & c. le Gajjaro Servantio Maestro della Ceremonie di Nostro Sig. affermo quanto di supra mano propria.

Ratio autem differentis inter militem secularem & regularem ea reddi potest, quia cum miles secularis nullam emittat professionem, necesse est, ut dignitas militaris illi conferatur ab habente autoritatem per aliquod signum sensibile; & sic per traditionem cinguli & calcarium, ut notant omnes in l. penult. ff. Ex quibus caus. major. Nam ut inquit S. Thomas in 4. sent. dist. 4. art. 2. ad 2. cum qualibet potestatis exteriori datur aliquod visibile signum illius potestatis sicut Regi datur corona & sceptrum; & Pontifici mitra & baculus & anulus. At verò cum miles Regularis solemnem emittat professionem à militibus illius Ordinis emitti consuetam, & per huiusmodi professionem cum impositione habitus creetur miles Regularis, ut in Pontificali merito ornatus cinguli, seu alius sensibile signum ad creandum militem Regularem non exigitur.

Quin etiam ulterius cogitanti veris videtur nec in milite seculari de iure ornatum cinguli esse substantialem, quod constat ex l. Filius familiaris, ff. de milit. testam. ubi dicitur: Filius familiaris equestris militis exornatus, in Comitatu Principis retentus, cingit consensum iuratus est; & sic primo fuit creatus miles & tertio loco cingulo militari præcinctus & ideo gloss. in ver. Confessio, ex eo textu deducit regulam quam multis similibus exornat videlicet statim seu proxime cingendus militem pro cincto; & Bartol. in summa illius textus similiter notat haberi pro facto quod de proximo est faciendum & Lucas de Penna in l. His quidem n. 5. Cod. Qui militat. postff. lib. 12. ex eadem lege notat militem paratum accingi, haberi pro accincto; & ita intelligit verbum, confessio, cum aliquo temporis intervallo, ut l. 2. ff. ad Tertulian. Ergo cingulum non potest censeri de forma substantiati gradus militaris, quia tametsi substantiati actus quodque possunt permitti, secundum ea que dicta sunt supra, n. 41. tamen solemnitas quæ potest sublequi, nunquam dicitur de substantia vel forma, Bald. in l. Univeris, n. 2. vers. Quandoque lex, Cod. de precip. Imper. offer. Felin. in c. Cam dilecta, num. 6. vers. Sextum, hic, quodammodo solemnitates, de refer. & latius in cap. Quoniam in pene, ut lit. non contest. & ratio est evidens quia implicat contradictionem, ut actus sit prius in actu productus & postea recipiat esse à forma que dat esse rei, l. Julianus, §. Si quis, ff. ad exhibend. quia sic esset, & non esset quod est impossibile, l. Ubi repugnantia, ff. de regul. jur. Inter ornatus cinguli in milite seculari non requiritur nisi quoad hoc, ut tanquam miles perfectus gaudeat privilegiis militibus; & ita loquitur textus in dict. l. Filius familiaris, ff. de milit. testam. & notat Accurs. in l. penult. ff. Ex quibus caus. major. dicens ad hoc sex necessaria esse & quarto loco commemorat ut ensie cingatur; & tradit post alios Ripa in l. Centurio, num. 9. vers. Prima quia, ff. de vulg. & ita etiam intelligi debet statutum 31. de recep. fratrum, quod non matriculati pro fratribus non habeantur, id est privilegio non fruuntur. Et ideo requiritur gloss. in l. penult. appellat Ceremonia Paris. de Put. supra citatus num. 6. nec hodie sunt profectus in usu, teste Añic. Ad conf. Neapol. lib. 1. de illicit. port. armor. num. 29. ubi in specie asserit hanc solemnitatem cinguli tanquam nullam & accidentalem, unam cum aliis esse substantialem & sufficere ut miles vacet militie ad hoc ut gaudeat militum privilegio. Idemque asserunt in d. l. Centurio, Alex. num. 23. & Ripa d. num. 9. Ideoque ut adnotavit Francisc. Mennen. de equest. seu milit. Ordin. in sol. in cap. de forma veteri, & creandi Equites sol. 4. vers. Hinc cingulo, cum primo more in creatione militis solemnitas cinguli adhiberetur; ideo retenta eadem forma loquendi dicitur etiam hodie decorari cingulo qui miles creatur, etiam si de solemnitate non servetur. Quo factum est, ut cingulum translativè accipitur pro insignis cuiuslibet dignitatis, etiam si ensis non applicetur, ut observat Petr. Gregor. Tholofan. in sinta. 68. juris univ. cap. 90. n. 13. & patet ex cap. Ex antiquis in princ. 54. dist. ubi Clericus dicitur coelestis militie cingulo præcinctus & tamen Clericus nec ensie accingitur, nec calcaribus, cap. Quicumque, l. secundo, 23. qu. 68. Et multoties in iure cingulum pro dignitate ipsa usurpatur, in l. 2. Cod. de metatis, & epidemicis, eod. lib. & l. fin. Cod. de Præposit. sac. Cubiculi. d. lib. 12. & not. gloss. in Authent. Jurjurandum, quod præstatu ab his, que exponit verbum cinguli, id est dignitatis.

Nec applicatur simile de milite coelestis militie, quia in collatione Ordinum materia & forma sunt de necessitate Sacramenti ex institutione Christi, ut dixi in cap. Cum

274 Circa tertium quatenus professio non esset nulla in vim dicti statuti secundi de recept. frat. extat tamen ordinatio prima eod. tit. edita in Capitulo Generali anno 1603. cuius hæc sunt verba: Ne de cetero tam in Conventu, quam extra aliquis ad habitum nostrum suscipiendam alio quocumque modo, gradu, seu denominatione admittatur, nisi in tribus distinctis gradibus declaratis in statuto. 2. 29. & 30. de recept. frat. Pædis & exhibitis probationibus nobilitatis & legitimis respectu bonis & validis iuxta dictorum & antecessorum aliorum statutorum formam & tenorem, de cetero quocumque seculis faciendum ita nullam fore, ut semper de invaliditate ac nullitate professionis impugnari possit & iustitia medicante non canonice admitti ad habitum dimittendum, cogi possint & debeant. Hactenus verba ordinationis que cum habeant explicitè decretum irritans & non solum respiciant admissionem ad professionem, sed etiam modum admissionis, ut patet hic, & alio quocumque modo, & relationem habeant ad statum secundum in quo præscribitur solemnitas cinguli: consequens est, ut huiusmodi solemnitas sit substantialis, quia nemini dubium est, quin decretum irritans formam substantialem inducat, Felin. in cap. Cum dilecta, n. 6. vers. Quintum signum, de refer. Rota, divers. decis. 215. num. 7. ad med. part. 1. Card. Mantica. dec. 286. n. 2. & seqq. Gregor. XV. dec. 384. n. 9. Barut. dec. 479. n. 4.

46. Circa tertium quatenus professio non esset nulla in vim dicti statuti secundi de recept. frat. extat tamen ordinatio prima eod. tit. edita in Capitulo Generali anno 1603. cuius hæc sunt verba: Ne de cetero tam in Conventu, quam extra aliquis ad habitum nostrum suscipiendam alio quocumque modo, gradu, seu denominatione admittatur, nisi in tribus distinctis gradibus declaratis in statuto. 2. 29. & 30. de recept. frat. Pædis & exhibitis probationibus nobilitatis & legitimis respectu bonis & validis iuxta dictorum & antecessorum aliorum statutorum formam & tenorem, de cetero quocumque seculis faciendum ita nullam fore, ut semper de invaliditate ac nullitate professionis impugnari possit & iustitia medicante non canonice admitti ad habitum dimittendum, cogi possint & debeant. Hactenus verba ordinationis que cum habeant explicitè decretum irritans & non solum respiciant admissionem ad professionem, sed etiam modum admissionis, ut patet hic, & alio quocumque modo, & relationem habeant ad statum secundum in quo præscribitur solemnitas cinguli: consequens est, ut huiusmodi solemnitas sit substantialis, quia nemini dubium est, quin decretum irritans formam substantialem inducat, Felin. in cap. Cum dilecta, n. 6. vers. Quintum signum, de refer. Rota, divers. decis. 215. num. 7. ad med. part. 1. Card. Mantica. dec. 286. n. 2. & seqq. Gregor. XV. dec. 384. n. 9. Barut. dec. 479. n. 4.

47. Solemnitas sit substantialis, quia nemini dubium est, quin decretum irritans formam substantialem inducat, Felin. in cap. Cum dilecta, n. 6. vers. Quintum signum, de refer. Rota, divers. decis. 215. num. 7. ad med. part. 1. Card. Mantica. dec. 286. n. 2. & seqq. Gregor. XV. dec. 384. n. 9. Barut. dec. 479. n. 4.

48. Nec refragatur, quod predicta ordinatio fuerit facta à 16. Capitularibus, qui facultatem non habent decernendi contra statuta Ordinis; ut dictum fuit, de. 303. n. 22. & seqq. part. 7. recent. & quod ordinationes huiusmodi sint temporales & durent tantum usque ad novum Capitulum Generale, ut in statuto. 3. de verb. signific. & in decis. 109. num. 1. part. 7. recent. ubi amplius fuit dictum hoc procedere etiam si contingat alias ordinationes à Sede Apostolica confirmari, quia hoc intelligitur cum eadem qualitate temporali, idemque habetur in deo. 458. n. 3. part. 3. recent.

49. Nam respondetur contrarium consistere ex Bulla Pauli V. confirmatoria eorundem ordinationum quæ statutum est ut vim habeant donec revocata, abrogata vel immutata non fuerit per futura Capitula Generalia, quod hoc casu factum non legitur; ideoque semper durant, quamdum non revocantur, & est communis opinio, ut attestatur Felino. in cap. Ex litteris, n. 10. vers. Est motus dubium, de Constitut. & Dec. conf. 108. Ista videtur quoad n. 4. & in fin.

Itaque cum solemnitas cinguli sit de forma, necessario sequitur, ut ea non servata professio sit ipso iure nulla, l. Julianus, §. Si quis Cod. ad exhibendum, l. Cum hic, §. Si prator. ff. de transact. l. Constitutibus, in fin. ff. Ad municipali. l. 1. Cod. de grad. Decurion. lib. 10. cum concordant. gloss. in c. Cam dilecta, in verb. Irritum & hic Abb. n. 4. Felin. num. 6. & communiter DD. de refer. Forma enim etiam in minimis servanda est, alias actus est nullus, Burt. in cap. Pijamis, num. 9. in fin. de resistit. spol. Felin. d. cap. Cum dilecta, num. 10. vers. Amplia decimo, Marfil. conf. 65. num. 11. Socciu. jun. conf. 467. n. 13. & seqq. lib. 2. Dec. conf. 531. num. 5. Roland. conf. 71. num. 58. lib. 3. Rimin. jun. conf. 467. num. 13. quam regulam pluribus exornat Lancelot. Gallia. conf. 31. num. 14. & plurib. seqq. Et in dubio omnis forma à jure tradita censetur substantialis & de essentia actus, ut Bald. inquit in l. Comparatione, num. 8. Cod. de fid. instrum. & sequuntur Decius, conf. 110. num. 6. vers. & forma tradita, Decian. conf. 72. num. 23. lib. 2. Rimin. jun. d. conf. 467. n. 8. Tiraquell. de retrah. lignag. §. 36. gloss. 2. n. 29.

Ex prædictis constare videtur cinguli susceptionem in Ordine Hierosolimitano esse de substantia professionis in gradu militum, ac proinde professionem expressam, ut præfertur emissam non valere.

Ex hoc autem necessario sequitur, ut nec intret professio tacita, quia cum Eques prædictus militie cingulum nunquam susceperit, si defectus huiusmodi obstitit professioni expresse, que est profectio vera, longè magis obstitit tacite, que est presumpcio, cum tacitum non possit operari plitquam expresse, l. Cum quid, ff. Si certum petatur, & ita in hac materia firmant Philipp. Prob. ad Monach. in c. n. 4. de Regular. Seccia. & alii complures quos citat

49. Sed his minimè obstantibus dicendum est, cingulum nullatenus esse de substantia professionis militaris, five spectemus jus commune, five statuta, vel ordinationes huiusmodi in Templariis, Hospitalariis & Hierosolimitanis, quorum supra in iure fit mentio, ut in cap. Canonica, infra de sent. excomm. & plenè notatur in cap. 1. in gloss. in verb. Perfoloant, de verbor. significat. lib. 6. nullum cautum reperitur, ut ornari debeant cingulo militie; & quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum superstitiosis non est adinventioibus præsumendum, c. Consultus, 2. qu. 5. c. Inter corporalia post med. v. Undè si circa de transf. Error. Jura autem & argumenta supra in contrarium adducta à nov. 4. non procedunt in milite regulari, sed in milite seculari, qui præcipitur ensie & calcaribus. Et hanc differentiam agnovit Pontificali Romano; nam in Rubrica de Benedictione novis militibus que est penult. lib. 1. posuit hanc solemnitatem cinguli & calcarium; cuius tamen non meminit in sequenti Rubrica de creatione militis Regularis, ut dictum est supra num. 7. & 23. Quin imò cum in antiquo Pontificali in creatione militis regularis cautum esset ut infra, videlicet: Tunc imponit ei Crucem, sive Spatham, aut alius signum, sive habitum illum, quod militis illius Ordinis, quem intendit profiteri, uti consueverunt. Postea in Pontificali emendato iussit Clemens VIII. hæc spathæ seu cinguli impositio tanquam ceremonia omnino accidentalis & extrinseca ad ornatum pertinens merito fuit præternissa ut attestatur Gaspar Servantius Sanctissimus D. N. Ceremoniarum Magister in hæc verba: Io infra scritto faccio fede che se bene avanti la riforma del Pontificale antico fatta à tempo della san. mem. di Clemente Ottavo era usanza nel dare Phabito à Cavalieri regolari, & di Malta, & di san Giacomo, & di san Giorgio, & altri simili avanti ni ricevere la loro professione, quando si faceva in mano del Papa, & d'altro Delegato Apostolico, di crearii Cavalieri con la cerimonia di spada, & s'ironi, registrata nel medesimo Pontificale alla rubrica penultima del. lib. primo, perche chosi prescriveva la Rubrica ultima de creatione militis Regularis, all'istesso lib. primo. E così inconformità si trova notato nel libro de giuramenti, del quale si servovano i Mastri delle Ceremonie di quel tempo, quanto ne i loro Diarii, che sono appressi di me: nondimeno tempo la riforma predetta, perche nel nuovo Pontificale fa in specie riformata la Rubrica de creatione militis Regularis, & fu ristretto l'atto alla sola impositione dell'habito, & ricevimento di professione, & fu levata la cerimonia suddetta di creare li Cavalieri con s'roni & spada: perciò nel libro de giuramenti, che hanno usato da quel tempo in qua i Mastri delle Ceremonie, & nelli Diarii da loro tenuti, che si trovano appressi di me, & notato la formula di quest'atto, & l'atto medesimo senza questa Cere-

60. Ratio autem differentis inter militem secularem & regularem ea reddi potest, quia cum miles secularis nullam emittat professionem, necesse est, ut dignitas militaris illi conferatur ab habente autoritatem per aliquod signum sensibile; & sic per traditionem cinguli & calcarium, ut notant omnes in l. penult. ff. Ex quibus caus. major. Nam ut inquit S. Thomas in 4. sent. dist. 4. art. 2. ad 2. cum qualibet potestatis exteriori datur aliquod visibile signum illius potestatis sicut Regi datur corona & sceptrum; & Pontifici mitra & baculus & anulus. At verò cum miles Regularis solemnem emittat professionem à militibus illius Ordinis emitti consuetam, & per huiusmodi professionem cum impositione habitus creetur miles Regularis, ut in Pontificali merito ornatus cinguli, seu alius sensibile signum ad creandum militem Regularem non exigitur.

61. Quin etiam ulterius cogitanti veris videtur nec in milite seculari de iure ornatum cinguli esse substantialem, quod constat ex l. Filius familiaris, ff. de milit. testam. ubi dicitur: Filius familiaris equestris militis exornatus, in Comitatu Principis retentus, cingit consensum iuratus est; & sic primo fuit creatus miles & tertio loco cingulo militari præcinctus & ideo gloss. in ver. Confessio, ex eo textu deducit regulam quam multis similibus exornat videlicet statim seu proxime cingendus militem pro cincto; & Bartol. in summa illius textus similiter notat haberi pro facto quod de proximo est faciendum & Lucas de Penna in l. His quidem n. 5. Cod. Qui militat. postff. lib. 12. ex eadem lege notat militem paratum accingi, haberi pro accincto; & ita intelligit verbum, confessio, cum aliquo temporis intervallo, ut l. 2. ff. ad Tertulian. Ergo cingulum non potest censeri de forma substantiati gradus militaris, quia tametsi substantiati actus quodque possunt permitti, secundum ea que dicta sunt supra, n. 41. tamen solemnitas quæ potest sublequi, nunquam dicitur de substantia vel forma, Bald. in l. Univeris, n. 2. vers. Quandoque lex, Cod. de precip. Imper. offer. Felin. in c. Cam dilecta, num. 6. vers. Sextum, hic, quodammodo solemnitates, de refer. & latius in cap. Quoniam in pene, ut lit. non contest. & ratio est evidens quia implicat contradictionem, ut actus sit prius in actu productus & postea recipiat esse à forma que dat esse rei, l. Julianus, §. Si quis, ff. ad exhibend. quia sic esset, & non esset quod est impossibile, l. Ubi repugnantia, ff. de regul. jur. Inter ornatus cinguli in milite seculari non requiritur nisi quoad hoc, ut tanquam miles perfectus gaudeat privilegiis militibus; & ita loquitur textus in dict. l. Filius familiaris, ff. de milit. testam. & notat Accurs. in l. penult. ff. Ex quibus caus. major. dicens ad hoc sex necessaria esse & quarto loco commemorat ut ensie cingatur; & tradit post alios Ripa in l. Centurio, num. 9. vers. Prima quia, ff. de vulg. & ita etiam intelligi debet statutum 31. de recep. fratrum, quod non matriculati pro fratribus non habeantur, id est privilegio non fruuntur. Et ideo requiritur gloss. in l. penult. appellat Ceremonia Paris. de Put. supra citatus num. 6. nec hodie sunt profectus in usu, teste Añic. Ad conf. Neapol. lib. 1. de illicit. port. armor. num. 29. ubi in specie asserit hanc solemnitatem cinguli tanquam nullam & accidentalem, unam cum aliis esse substantialem & sufficere ut miles vacet militie ad hoc ut gaudeat militum privilegio. Idemque asserunt in d. l. Centurio, Alex. num. 23. & Ripa d. num. 9. Ideoque ut adnotavit Francisc. Mennen. de equest. seu milit. Ordin. in sol. in cap. de forma veteri, & creandi Equites sol. 4. vers. Hinc cingulo, cum primo more in creatione militis solemnitas cinguli adhiberetur; ideo retenta eadem forma loquendi dicitur etiam hodie decorari cingulo qui miles creatur, etiam si de solemnitate non servetur. Quo factum est, ut cingulum translativè accipitur pro insignis cuiuslibet dignitatis, etiam si ensis non applicetur, ut observat Petr. Gregor. Tholofan. in sinta. 68. juris univ. cap. 90. n. 13. & patet ex cap. Ex antiquis in princ. 54. dist. ubi Clericus dicitur coelestis militie cingulo præcinctus & tamen Clericus nec ensie accingitur, nec calcaribus, cap. Quicumque, l. secundo, 23. qu. 68. Et multoties in iure cingulum pro dignitate ipsa usurpatur, in l. 2. Cod. de metatis, & epidemicis, eod. lib. & l. fin. Cod. de Præposit. sac. Cubiculi. d. lib. 12. & not. gloss. in Authent. Jurjurandum, quod præstatu ab his, que exponit verbum cinguli, id est dignitatis.

Nec applicatur simile de milite coelestis militie, quia in collatione Ordinum materia & forma sunt de necessitate Sacramenti ex institutione Christi, ut dixi in cap. Cum

49. Nam respondetur contrarium consistere ex Bulla Pauli V. confirmatoria eorundem ordinationum quæ statutum est ut vim habeant donec revocata, abrogata vel immutata non fuerit per futura Capitula Generalia, quod hoc casu factum non legitur; ideoque semper durant, quamdum non revocantur, & est communis opinio, ut attestatur Felino. in cap. Ex litteris, n. 10. vers. Est motus dubium, de Constitut. & Dec. conf. 108. Ista videtur quoad n. 4. & in fin.

Itaque cum solemnitas cinguli sit de forma, necessario sequitur, ut ea non servata professio sit ipso iure nulla, l. Julianus, §. Si quis Cod. ad exhibendum, l. Cum hic, §. Si prator. ff. de transact. l. Constitutibus, in fin. ff. Ad municipali. l. 1. Cod. de grad. Decurion. lib. 10. cum concordant. gloss. in c. Cam dilecta, in verb. Irritum & hic Abb. n. 4. Felin. num. 6. & communiter DD. de refer. Forma enim etiam in minimis servanda est, alias actus est nullus, Burt. in cap. Pijamis, num. 9. in fin. de resistit. spol. Felin. d. cap. Cum dilecta, num. 10. vers. Amplia decimo, Marfil. conf. 65. num. 11. Socciu. jun. conf. 467. n. 13. & seqq. lib. 2. Dec. conf. 531. num. 5. Roland. conf. 71. num. 58. lib. 3. Rimin. jun. conf. 467. num. 13. quam regulam pluribus exornat Lancelot. Gallia. conf. 31. num. 14. & plurib. seqq. Et in dubio omnis forma à jure tradita censetur substantialis & de essentia actus, ut Bald. inquit in l. Comparatione, num. 8. Cod. de fid. instrum. & sequuntur Decius, conf. 110. num. 6. vers. & forma tradita, Decian. conf. 72. num. 23. lib. 2. Rimin. jun. d. conf. 467. n. 8. Tiraquell. de retrah. lignag. §. 36. gloss. 2. n. 29.

Ex prædictis constare videtur cinguli susceptionem in Ordine Hierosolimitano esse de substantia professionis in gradu militum, ac proinde professionem expressam, ut præfertur emissam non valere.

Ex hoc autem necessario sequitur, ut nec intret professio tacita, quia cum Eques prædictus militie cingulum nunquam susceperit, si defectus huiusmodi obstitit professioni expresse, que est profectio vera, longè magis obstitit tacite, que est presumpcio, cum tacitum non possit operari plitquam expresse, l. Cum quid, ff. Si certum petatur, & ita in hac materia firmant Philipp. Prob. ad Monach. in c. n. 4. de Regular. Seccia. & alii complures quos citat

49. Sed his minimè obstantibus dicendum est, cingulum nullatenus esse de substantia professionis militaris, five spectemus jus commune, five statuta, vel ordinationes huiusmodi in Templariis, Hospitalariis & Hierosolimitanis, quorum supra in iure fit mentio, ut in cap. Canonica, infra de sent. excomm. & plenè notatur in cap. 1. in gloss. in verb. Perfoloant, de verbor. significat. lib. 6. nullum cautum reperitur, ut ornari debeant cingulo militie; & quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum superstitiosis non est adinventioibus præsumendum, c. Consultus, 2. qu. 5. c. Inter corporalia post med. v. Undè si circa de transf. Error. Jura autem & argumenta supra in contrarium adducta à nov. 4. non procedunt in milite regulari, sed in milite seculari, qui præcipitur ensie & calcaribus. Et hanc differentiam agnovit Pontificali Romano; nam in Rubrica de Benedictione novis militibus que est penult. lib. 1. posuit hanc solemnitatem cinguli & calcarium; cuius tamen non meminit in sequenti Rubrica de creatione militis Regularis, ut dictum est supra num. 7. & 23. Quin imò cum in antiquo Pontificali in creatione militis regularis cautum esset ut infra, videlicet: Tunc imponit ei Crucem, sive Spatham, aut alius signum, sive habitum illum, quod militis illius Ordinis, quem intendit profiteri, uti consueverunt. Postea in Pontificali emendato iussit Clemens VIII. hæc spathæ seu cinguli impositio tanquam ceremonia omnino accidentalis & extrinseca ad ornatum pertinens merito fuit præternissa ut attestatur Gaspar Servantius Sanctissimus D. N. Ceremoniarum Magister in hæc verba: Io infra scritto faccio fede che se bene avanti la riforma del Pontificale antico fatta à tempo della san. mem. di Clemente Ottavo era usanza nel dare Phabito à Cavalieri regolari, & di Malta, & di san Giacomo, & di san Giorgio, & altri simili avanti ni ricevere la loro professione, quando si faceva in mano del Papa, & d'altro Delegato Apostolico, di crearii Cavalieri con la cerimonia di spada, & s'ironi, registrata nel medesimo Pontificale alla rubrica penultima del. lib. primo, perche chosi prescriveva la Rubrica ultima de creatione militis Regularis, all'istesso lib. primo. E così inconformità si trova notato nel libro de giuramenti, del quale si servovano i Mastri delle Ceremonie di quel tempo, quanto ne i loro Diarii, che sono appressi di me: nondimeno tempo la riforma predetta, perche nel nuovo Pontificale fa in specie riformata la Rubrica de creatione militis Regularis, & fu ristretto l'atto alla sola impositione dell'habito, & ricevimento di professione, & fu levata la cerimonia suddetta di creare li Cavalieri con s'roni & spada: perciò nel libro de giuramenti, che hanno usato da quel tempo in qua i Mastri delle Ceremonie, & nelli Diarii da loro tenuti, che si trovano appressi di me, & notato la formula di quest'atto, & l'atto medesimo senza questa Cere-

60. Ratio autem differentis inter militem secularem & regularem ea reddi potest, quia cum miles secularis nullam emittat professionem, necesse est, ut dignitas militaris illi conferatur ab habente autoritatem per aliquod signum sensibile; & sic per traditionem cinguli & calcarium, ut notant omnes in l. penult. ff. Ex quibus caus. major. Nam ut inquit S. Thomas in 4. sent. dist. 4. art. 2. ad 2. cum qualibet potestatis exteriori datur aliquod visibile signum illius potestatis sicut Regi datur corona & sceptrum; & Pontifici mitra & baculus & anulus. At verò cum miles Regularis solemnem emittat professionem à militibus illius Ordinis emitti consuetam, & per huiusmodi professionem cum impositione habitus creetur miles Regularis, ut in Pontificali merito ornatus cinguli, seu alius sensibile signum ad creandum militem Regularem non exigitur.

276 docto a Fra servente, se sarà Fra Capellano in Frate d'obediencia, e se sarà Fra servente d'arme, si reduca a Fra servente d'officio, e sia inhabile ad ogni amministrazione di Commende, e beni del Ordine nostro. Poena enim hoc specialis utique tollit aliam poenam annullativam actus, Bald. in l. Non dubium, n. 28. C. de Leg. Card. in clem. 1. n. 2. de refer. quod proculdubio locum habet casus in quo poena specialis non se comparatur cum poena nullitatis, ut hic per Baldum, nam si professus in gradu militis, non servata forma statutorum, deicitur non a Religione, sed ad gradum inferiorem & redditur inhabilis ad Commendas: utique necessario supponitur valide professus: alioquin inepta esset inhabilitatio ad Commendas quae non dantur, nisi militibus professis; nec talis posse cogi quacumque autoritate ad permanendum in Religione in gradu inferiori, quia consensus liber est de intrinseca ratione voti, ut dixi in c. Tuae litterae, num. 50. de Cler. per salt. promot.

24. n. 4. par. 2. divers. Rursus ad idem est Concilium Tridentinum in c. 17. sess. 25. de Regular. ubi statuitur per prius & potestatis, ut puella professionem non emittat, antequam Episcopus exploraverit ejus voluntatem; & tamen professio facta, non praemissa hujusmodi exploratione valida est, ut per Menoch. conf. 356. n. ult. vol. 4. & alias censuit Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpres. Item quavis in aliquibus Religionibus aditus statuta, ut nullus admittatur ad professionem, qui saltem decimum octavum aetatis suae annum non attigerit vel vigesimum non expleverit, ut Ordinibus Minorum & Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, tamen si quis statim profiteatur in praedictis Religionibus anno decimo sexto expleto, professio ex hoc capite non est invalida, ut tenent complures ex modernis, arg. d. c. ad Apostolicam de Regular. & similiter declaravit Sacra Congregatio Concilii.

Limitatur tertio, Doctrina Baldi, quod praeposteratio ordinis vitiet actum, ut procedat tantum in formalibus & in his quae sunt de substantia, ut in c. cum dilecta, de refer. l. prolatam; & hic Bart. n. 4. C. de stat. l. Ut debitor, C. de haered. l. 1. §. si prius, C. de vulg. & pupil. Paul. de Castro, conf. 321. Visus actus n. 3. vers. Nam praeposteratio in his quae sunt de substantia vitiat. lib. 1. Marant. in proem. n. 5. exemplum in c. Quia propter, supra de elec. Primò enim eligendi sunt scrutatores qui deinde scrutanda debent vota singulorum, mox vota in communem sunt publicanda: tandem sequi debet communis electio; & hi actus omnes sunt substantiales: unde si fiat praeposteratio, electio non tenet, ut hic firmat glossa in verbo Junior, Holt. n. 44. vers. Decimum octavum, Abb. n. 26. eod. vers. & nullus discrepat. At verò in aliis actibus qui ex sui natura substantiales non sunt, ut de ornatu cinguli probatum est supra, praeposteratio non vitiat, quia si totalis illorum omnino actus non obest, longè minus praeposteratio, ut bene per Paul. de Castro conf. 232. in causa quae vertitur, col. 1. post med. vers. Non obstat praedicta & col. 2. libro 1.

post medium, vers. Praedictum hanc Decretum; & praecipue ad proxima, si idem cum eodem in fin. & hic gloss. ult. ff. de juris. om. jul.

Ex quibus satis superque constat, ornatum cinguli ex praescripto d. statuti secundi de rec. Fratr. non esse de substantia professionis.

93 Nec relevat obiectum, quòd Cardinalis Delegatus cum clausula servatis servandis nulliter processerit, non praemissa cinguli solemnitate, ex glossa & aliis supra citatis n. 43. nam respondetur primò, clausulam servatis servandis non referri nisi ad substantia, Menoch. conf. 184. n. 13. Conrad. in praes. de spons. lib. 7. c. 7. n. 17. ubi quòd si Papa committat dispensationem servatis servandis, omnino denunciandum non videtur, quia non sunt de substantia Matrimonii; & alia exempla his similia referent Castro Palao de leg. pene tract. 93 §. 2. punct. 9. n. 3. fol. 182. par. 2. oper. moral. Rursus cum Breve non sit directum Cardinali, sed ipsimet parti imperant, non requiritur verificatio judicialis, nec executor efficitur mixtus, sed merus, ut in dec. 302. n. 17. par. 8. recet. Praeterea in litteris gratiae in quibus clausula apte de sui natura importare executionem mixtam, nihil operatur, nihil adit clausula vocatis vocandis. Nota in Romana primogenitura 29. Maii 1614.

Tandem è fortè melius responderet, tunc demùm delegatum non servatè formè mandati nulliter procedere, si conditiones & modificationes adjectae in commissione sint praeter jura: puta proinde P. in tali Ecclesia si de tali Vico sit oriundus; & in hoc casu intelligi debent gloss. & DD. in contrarium citati. Secus vero si conditiones hujusmodi de jure insit: puta si sit idoneus vel servatis servandis, quia tunc non est intentio committenti novam formam inducere; sed tantum admonere, ut serventur ea quae de jure vel statuto servari debent: quare his non servatis, non irritatur actus qui alia validus esset, a d quod est optima glossa in clem. 1. in verbo Reperitur, de off. Deleg. quae dicit clausulam servatis servandis & alias committit non ignare in conditionem, sed in monitionem, nec dare novam formam mandato, sed tantum instruire executionem: quam gloss. sequuntur hic Card. 9. 13. Imol. n. 20. & 21. Vital. n. 36. & concordant Innoc. in c. praedictam n. 9. vers. Et si contrarium de off. Deleg. & in c. ult. de praesumpt. & Archid. in c. Dalum, vers. In prima glossa 18. q. 2.

Quod demùm spectat ad ordinationem primam de recepto frat. conitit evidenter in ea nullum fundamentum fieri posse pro invaliditate professionis ex omissione cinguli, quia tantum praecipit ne quis alio quocumque modo sine denominatione admittatur, nisi in tribus gradibus militum, Capellanorum & servientium; & quod hoc opponit Decretum irritans. Unde verba illa quocumque modo non qualificat nisi modum receptionem esse nullam quocumque modo, gradu vel denominatione sit. Hoc autem casu Novitius non fuit admittus extra illos tres gradus, sed fuit receptus in gradu militum, ut patet ex instrumentis professionis. Nec relevat obiectum, quòd ordinatio se referat ad statutum secundum de receptione fratrum, in quo primo distinguuntur gradus in quibus sunt fratres recipiendi, deinde propter solemnitatem cinguli, nam responderet hanc relationem fieri tantummodò quoad primam partem statuti de distinctione graduum, sed non quoad secundum de solemnitate cinguli: quod patet manifestè, quia ordinatio non praecipit ut receptio ad habitum fiat in tribus gradibus, juxta statutum 2. 29. & 30. Sed dicit: Nullus recipiatur, nisi in tribus distinctis gradibus declaratis in statuto. 2. 29. & 30. & sic relationem habet ad solam declarationem & distinctionem graduum, non autem ad modum receptionis, quia non emanavit ad praescribendam receptionis solemnitatem, sed ad determinandos gradus, ut patet ex rubrica: ita ut receptio in aliis gradibus quam praescriptis in tribus memoratis statuti quocumque modo fuerit facta, possit semper ut nulla impugnetur quòd ob eam rationem ordinatum fuit, quia cum fratres Commendatarii preterito servitii nonnquam reciperent in suis Commendis fratres sub alio gradu & denominatione quam expressis in eodem statuto secundo, emanarunt praedicta statuta 29. & 30. quibus prohibentur alios fratres recipere in suis Commendis, quam sub denominatione Capellanorum & servientium; sed quia statuta hujusmodi negligebantur, propterea edita fuit praedicta ordinatio cum Decreto irritans, ad hoc ut aliter recepti quocumque tempore possent a Religione expelli.

Non obstat fides Vicecancellarii, quoniam registratio non intendit ad finem approbandi vel reprobandi professionem, sed ad hoc, ut currat Antiquitas. Nec Vicecancellarius negavit describere in Album Religionis professionem, de qua agitur ex eo quod esset nulla; sed quia in ea emittebatur non fuit servatus mos & ritus, seu ceremonia cinguli, unde non sequitur; Professio non fuit registrata: Ergò Vicecancellarius declaravit eam fuisse invalidam, sed tantum sequitur, ut censetur in ea mittenda non fuisse ob-

huiusmodi actus fuit recipiens, tam ex parte professi, quam ex parte Religionis: hic autem titulus & nuncupatio in hac Religione non convenit nisi professi, cum Novitii non fratres, sed nobiles appellentur, ut constat ex statuto primo, de verb. signif. & deponunt testes & ex hac denominatione fratris aliis deducta fuit tacita professio in prædicta decisione 206. & in Melvitana Antianitatis apud Durand. in impress. decis. 452. n. 18. in fine.

Secundus est actus, qui vocatus ad insulam Melitæ à Magno Magistro sub nomine fratris & tanquam contumax inquisitus, supplicavit sub eadem nuncupatione fratris pro absolutioe, eamque obtinuit, qui quidem tractatus cum denominatione ad tacitam professionem inducendam fortiter est, quam simplex denominatio, argum. l. Non epistolis, & l. Non nudis, Cod. de probation. dixi in cap. Lator, super, qui filii sint legitimi.

210 Tertius actus, qui bis obtinuit licentiam à Superiore Regulari comparandi in iudicio, qui non indigent Novitii cum non sint proprie Religiosi, cap. Religiosi, §. Quomodo de sentent. excomm. lib. 6. cap. 1. & hic Gemin. & Franc. in 1. notab. de Regul. eodem lib. & tenent Placha de delictis, cap. 42. in fin. Farinac. plures cumulans, in pract. crim. in tom. 1. de accusat. qu. 12. n. 23. & Thom. Sanchez dicens neminem contradicere super decalog. lib. 6. cap. 12. num. 24. & hic quoque actus fuit & præcedente inter professionem & Religionem fuit recipiens. Videtur autem huius licentiæ bis comparuit in iudicio duas fecit instantias, afferens se solemniter professum & obtinuit, ut sibi à fratre germano, solverentur decem millia scutorum quæ non erant ei debita non secuta professione, secundum ea quæ scripti in cap. Statimus, num. 29. & seq. supra de Regular. Dantur & alii actus quot in lectura omittente consulti duximus.

211 Sed obicitur professio tacita induci non potest nisi prius annus probationis fuerit completus, ut est ex text. in c. 1. hic, Nisi eo completo professionem faciat insequenti vel habitum suscipiat qui dari consuevit, de Regular. lib. 6. ubi gloss. in ver. Vel dicit, repetit eo completo, & sequitur censuit Sacra Congregatio Concilii. Hoc autem casu quamvis Novitius expleverit in Conversu annum probationis, tamen postea discessit cum licentia Magni Magistri sub conditione ad Conventum redeundi infra biennium ad sui novitiatus annum peragendum, habitum Ordinis suscipiendum, regularemque professionem servatis servandis emittendam sub pena suam amittendi Antianitatem ipso facto incurrenda. Quem quidem annum postea nullatenus peregit, sed post octo menses iterum abiit & Romæ infra duos menses professionem emisit; quare professio ex hoc capite videtur nulla, quia annus probationis ad valide proficiendum exigitur etiam in Religione Hierosolimitana, ex statuto. 28. de recept. frat. & declaravit Sacra Congregatio Concilii, licet olim aliud censuisset, cum illius statuta nondum vidisset, & ita etiam decem referunt Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 1. n. 120. & Steph. Gratian. dissectat. foren. 136. n. 27. exceptis Bohemis, quibus indultum est, ut non teneantur esse in probatione nisi per sex menses, ut ordinar. 39. de recept. frat. in 215 ver. & 26. in antiq. nec sufficit ut Novitiatus fuerit expletus per annum continuum, sed continuari debet usque ad professionem, adeo ut si Novitius completo anno egrediatur & iterum redeat, profiteri nequeat, sed denuo teneatur novitiatum inchoare & proficere secundum opinionem Suarez de Religione. tom. 3. lib. 5. cap. 15. à num. 8. cui adherent Bartol. de Vecch. in pract. de admitt. novit. dissectat. 11. dub. 3. & Castro Palao tom. 3. tractat. 16. dissectat. 12. §. 2. n. 11. quod clarius videtur procedere hoc casu, in quo novitius per usum memoratæ licentiæ videtur se tacite admixisse ad novum annum novitiatus.

212 Verum huic objectioni responderetur in oppositum esse doctrinam glæse primæ circa licentiam in cap. Eum qui, de regul. jur. lib. 6. ut ex illa regula que dicit, eum qui certus est, certiorari amplius non oportet. Sumit argumentum ad questionem. An is qui ingressus in Religionem in fine anni exivit, si iterum eandem Religionem ingrediatur debeat habere alium annum & resolvit negativè per illam regulam, nisi conditio personæ vel Religionis mutata effect & subdit hoc tenere Bartholomæum Brissonem in quaestibus venerabilibus in quaestione 88. que incipit, Aliquis intravit Monasterium; & inferioribus terminis Speculat. in titul. de stat. Monach. §. Qualiter conscribit libellum, qu. 35. num. 43. ubi hoc ipsum firmat idem Joan. Andr. in addit. in verb. Exiit & sequuntur Lapus allegat. 49. nu. 2. & 3. S. Anton. in 3. part. tit. 16. c. 3. §. 2. Silvest. in verb. Religio, §. q. 4. dicere hanc sententiam esse indubitam: quam etiam probavit Sacra Congregatio Concilii non mediò novitio, quia Religione exivit de licentia Superioris, ut in subjecta declaratione.

Dubitatur an is, qui habitu regulari suscepto annum in-

tegrum mansit in Religione, eo ipso lapsò gravi morbo correptus & propterea professione nequaquam emissà permittit Superiorum ad seculum redit, possit inde ad triennium morbo liberatus & ad Monasterium reverti profectus emittere professionem vel potius per alium annum stare in probatione teneatur: Die 27. Februarii 1597. Sacra Congregatio censuit posse statim emittere professionem, non expectato alio probationis anno, nisi Religiosis, aut personæ conditio sit immutata; idque Superiores Religionis animadvertere diligenter debere.

Sed etiam in eo qui exivit sine licentia, nam proposito 17 dubio, an novitius que finito anno probationis exivit à Monasterio absque licentia Ordinarii iterum reverfa, possit sine nova probatione ad professionem emittendam admitti. Die 12. Februarii 1598. Sacra Congregatio censuit posse, nisi conditio Religionis, aut personæ sit immutata, idque à Superioribus Monasterii diuiter esse discipiendum.

Nec prædictis obest licentia obtenta sub conditione peragendi novitiatus, quia in ea non fuit apposta pena nullitatis professionis, sed amissionis Antianitatis que quidem pena specialis tollit penam nullitatis à jure inductam, ut ex Bald. & Card. dixi supra, num. 76. que conclusio ab-que dubio procedit ubi specialis pena non se comparatur cum nullitate actus, ut hic dixi; & ita contigit hoc casu quia pena amissionis Antianitatis necessario imponit novitium posse valide profiteri: quamquam enim in hac religione Antianitas curras à die soluti Passagii Gregorii XV. decis. 241. & decis. 499. num. 2. ea tamen Equites frui nequeunt nisi à die emissionis professionis, ut fuit dictum in Melvitana Antianitatis 24. Martii 1634. coram Urgellen. in eius impress. dec. 439. n. 2. & 3. ver. Nec relevat.

Quibus accedit quod Superiores Regulares non possunt actare novitium, qui annum probationis explevit ad annum annus ex integro repetendum non modo reluctanti novitio; id enim per quam durum esset argum. c. Ad Apostolicum de regular. sed etiam ipso consentiente, quia obstat Concilium Tridentinum cap. 15. sess. de regular. hic, Finali tempore novitiatus, Superiores, novitios, quos habiles invennerunt ad proficiendum admittant, aut à Monasterio eos ejiciant: & in hac ipsa Religione Hierosolimitana in ordinatione facta anno 1642. decretum fuit, ut novitii qui post expletum probationis annum ascendant, teneantur facere de novo medium annum novitiatus, cum tamen olim in ordinatione 37. in novis & 34. in antiq. de reception. frat. teneantur anno probationis peracto infra mensem proficere sub pena amittendi Antianitatem. Quibus imò propter decretum Concilii in d. cap. 16. ver. Finito. Superiores Regulares non modo nequeunt actare novitios ad novum novitiatus annum, sed nec possunt tempus probationis prorogare ultra annum, nisi ex justa causa & ad breve tempus, ut ex sententia Sacre Congregationis adnotavi in cap. Ad Apostolicam à num. 8. ubi ad c. 12. de regul. Ac præterea quatenus potuisset Magnus Magister injungere novum annum probationis, non tamen id potuisset sub pena nullitatis professionis etiam consentiente novitio, ut clare deducitur ex subjecta declaratione quidquid contra scripserit Navarr. conf. 87. de regular.

In Congregatione Minorum exarbat statutum quod originem ducentes à Judæis vel Saracenis ad Religionem non recipiantur, & si quis recipiendi fuerint, quorum progenies ignoratur, admittantur cum professione, quod si postea comperiat eos à Judæis vel Saracenis originem duxisse eorum professio sit nulla. Quæstio fuit, an originem trahentes à Judæis admitti ad Religionem cum illa professione sint legitime professi vel secus: Sanctissimus respondit habendos esse pro professis, nec ejici debere, cum hæcenus nemo fuerit ejectus.

Que tamen ex abundantia dicta sint, quia hoc casu Magnus Magister non imposuit penam nullitatis, sed amissionis Antianitatis, ut prædixi & sic annus in memorata licentia adjunctus non fuit legalis, id est à jure & à Concilio Tridentino requisitus, sed magis conventionalis, qui præterea quatenus à Magno Magistro injungi poterit ex conventione ipsa legem accepit, argum. cap. Contractus, de Regular. jur. lib. 6.

Præterquam quod formula ejusdem licentiæ est pro novitio vitis ascendentibus infra annum probationis nec congruebat prædicto Equiti, quia cum annum novitiatus jam complevisset, impossibile erat eum obligare ad illum complendum, ut sonant verba licentiæ, nam peragere idem est quod complere, ut verba perficere & ad exitum perducere, l. Qui Procurator, cum gloss. in verb. Peragere, ff. de procurator. l. Filius, ff. de inoffic. test. l. de accusatore, §. desistisse, ff. de Senatus consult. Turpilian. & l. 2. ff. de Adulter. Brisson. de verb. signif. verb. Peragere, à secundo, Rebuff. in l. 3. col. 2. ver. Peragenda, ff. de verb. signif.



DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS

Clemens III.

CAPUT VII.

Quæsitum est, utrum Sacerdotibus Græcis, quibus legitimo Matrimonio licet uti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi possulent pro filiis oppressis injungi? Huic igitur consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ipsis procurantibus, vel studiosè negligentibus, filii in lectis reperiantur oppressi, ab officio altaris debent perpetuò abstinere; & eis gravior, quàm Laicis, non tamen publica (nisi in publicum id veniat) pœnitentia debet imponi. Verùm si ex incuria ipsorum mortui inveniantur in cunis & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarii imponatur; & in terrorem aliorum ad tempus abstinencia à celebratione Missarum.

SUMMARIUM.

- 1 Sacerdotes Græci procurantes vel studiosè negligentibus, oppressionem filiorum suorum deponantur; & si est publicum, publicè puniantur.
- 2 Pœnitentia solemnis imponatur, si delictum est grave & scandalizans totam Urbem.
- 3 Pœnitentia publica imponitur si delictum sit grave & publicum: non tamen generans scandalum.
- 4 Declaratur n. 4.
- 5 Pœnitentia publica finis est scandalum submovere; & idè imponitur laico etiam pro levibus delictis, ut vitetur scandalum.
- 6 Negligentia effectiva aquiratur scientiæ ac dolo etiam in foro conscientiali.
- 7 Matrimonium contractum coram Parocho per vim adhibito qui affectum non intelligere, validum est.
- 8 Ignorantia eorum affectata est, qui potuerant certiorari & noluerunt.

- 9 Irregularitas contrahitur ex lata culpa ad homicidium commissum, quantumcumque crimen sit occultum.
- 10 Idem si culpa sit levis, secus si levissima.
- 11 Pœnitentia publica pro delicto publico, an Clerico sit imponenda & n. seq. usque in fin.
- 12 Pœnitentia solemnis non imponitur Clerico nisi deposito & num. 13.
- 13 Clericus depositus sine spe restitutionis, publicam vel solemnem potest agere pœnitentiam.
- 14 Sed dum habetur spes restitutionis, nec publicè neque solemnitè pœnitent.
- 15 De pœnitentia publica & solemnè idem est iudicium.
- 16 Pœnitentia publica, an ex silo Sacre Pœnitentiarii imponatur Clerico qui Presbiterum interfecit.
- 17 Clericus Presbitericida est irregularis & perpetuò deponendus & n. seq.
- 18 Deposito est ab Altaris ministerio perpetuo remotio.

Quæsitum. Sacerdotes Græci procurantes, vel studiosè negligentibus oppressionem filiorum suorum deponuntur; & si est publicum, publicè puniuntur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & alios communiter. Vel sic & melius ut faciat ad titulum, secundum Abb. & Mar. Soc. Sacerdoti Græco procuranti vel studiosè negligentibus oppressionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab Altaris officio; & aliter in secreto agere pœnitentiam; sed si delictum est publicum, debet publicè agere pœnitentiam. Hoc dicit. Primò, quæstio. Secundò, responso hic, Ho.

Nota primò secundum Abbatem hic in primo notab. argumentum quòd pœnitentia publica injungi non debet pro delicto oppressionis filiorum, nam ipsi Sacerdotes Græci postulant eam sibi imponi, ut in littera quasi de jure non esset imponenda. Concludit tamen ipse Abb. sub distinctione: nam aut delictum est grave & scandalizans totam Urbem, Castellum vel Villam; & tunc laico imponitur pœnitentia publica & solemnè, ut in c. In capite Quadragesima 50. dist. c. fin. 26. q. 6 aut est grave, non tamen generans scandalum; & tunc aut est occultum & non imponitur pœnitentia solemnè neque publica, ut d. r. In capite. Aut est publicum, sed non scandalosum; & tunc imponitur pœnitentia publica, sed non solemnè, ut dicto cap. final. juncto cap. 1. supra eodem.

Tu adverte ad ultimum membrum distinctionis Abbatis, nam pœnitentia publica imponitur pro delicto publico etiam scandaloso, quia illius finis est scandalum submovere, adeo ut propterea imponatur laico etiam pro delictis levibus ut vitetur scandalum, c. si quis Presbiter, de purgat. Canon. & notat glossa in c. 1. supra eodem cum qua concordant hic Host. n. 1. Joan. Andr. n. 2. & communiter Doctores: licet Clerico non imponatur nisi deposito & pro delicto gravi, ut dicunt Host.

in summa de pœn. & remiss. §. Utrum, verè. Publica verò pœnitentia & Henr. Boich. in d. c. 1. n. 4. unde seu delictum sit grave seu leve, indistinctè supponitur scandalosum; & ipsemet Abbas in c. De his n. 3. in fin. de accusat. dixit pœnitentiam publicam imponi ad secundum scandalum, per textum in d. c. fin. 26. q. 6 & idem prius notaverat Archid. in c. confirmandum in princ. verè. In glossa 50. dist. quod etiam dilucide apparet ex Decreto Concilii Tridentini, c. 8. sess. 14. in his verbis. Quando ergo ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandaloso offensus commotusque fuisse non sit dubitandum, huic condignum pro merito culpa pœnitentiam publicè injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit; sua emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Hec hic facit textus in c. Ego Berengarius in fin. de consecr. dist. 2. hic. Ut Ecclesia que prius doluerant de averso atque perverso, postea gauderent de reverso atque converso. Adde vix posse contingere, ut crimen aliquod sit grave & publicum & non sit scandalosum, ad quod est textus optimus in c. De his verbis 50. dist. & in clem. 1. juncta glossa in verbo Scandalosum, de off. Ordin. Sed salvando dictum Abbatem sic posset distinguì: aut delictum est adeò grave & scandalosum ut commoveat totam Civitatem; & imponitur pœnitentia solemnè; aut est quidem scandalosum, sed non ita ut totam Civitatem commoveat; & imponitur pœnitentia publica.

Secundò nota hic vel studiosè negligentibus: affectatam negligentiam aquirari scientiæ ac dolo etiam in foro pœnitentiarii, prout ex hac littera deducit Anton. de Butr. in c. not. unde dicit lex: Dissoluta negligentia prope Isidus est, l. Fideiussori, primo resp. ff. mand. ad idem cap. Sape 50. dist. Idem dissoluta negligentia habetur pro conscientia, l. Causa lex. ff. Adilit. edicti, qualis est ignorantia Judiciorum, qui nolunt intelligere ut bene agant, §. ult. prima q. 4. glossa hic